P. CORNELII TACITI

LIBRI QVI SVPERSVNT

TOM. II · FASC. 2

DE ORIGINE ET SITV GERMANORVM LIBER

RECENSVIT

ALF ÖNNERFORS



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMLXXXIII

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Tacitus, Cornelius:
[Libri qui supersunt]
P. Cornelii Taciti libri qvi svpersvnt. –
Stvtgardiae : Tevbner
(Bibliotheca scriptorvm Graecorvm et Romanorvm
Tevbneriana)

NE: Tacitus, Cornelius: [Sammlung]

T. 2.
Fasc. 2. De origine et sitv Germanorvm liber /
rec. Alf Önnerfors. – 1983.
Orig.-Ausg. u. d. T.: Tacitus, Cornelius:
Germania
ISBN 3-519-01838-1

NE: Önnerfors, Alf [Hrsg.]

Printed in Germany
Gesamtherstellung: Passavia Druckerei GmbH Passau

PRAEFATIO

Ni praepostere scrutatus sum, ab anno p. Chr. n. 1470 usque ad hodiernum diem centum fere editiones 'Germaniae' Cornelii Taciti a totidem viris doctis confectae apparuerunt. Quae omnes cum uno atque eodem fundamento innitantur, exemplaribus scilicet circiter viginti saeculo quinto decimo descriptis, quorum archetypum codex ille Hersfeldensis (s. IX) fuerat – neque enim ne minimum quidem 'Germaniae' fragmentum (nam paucos illos a Rudolpho Fuldensi [saec. IX] satis libere excerptos omitto locos) aut vetustioribus codicibus aut papyris traditum in lucem prodisse constat –, nemo erit, qui ab iterata editione aliqua miracula exspectet. Tamen, cum neque Hersfeldensis ipse neque apographa suis caruerint mendis, id certe emolumenti quodvis novum atque severum 'Germaniae' studium afferet, quod, quisquis sese ad opus sufficere existimat, eum cum singulis difficultatibus huius libelli, qualis codicibus traditur, omnibus viribus atque opibus luctari oportebit.

Anno p. Chr. n. 1425 codicis illius celeberrimi, qui 'Hersfeldensis' vocatur, certum in Italiam nuntium monachus quidam Hersfeldensis pertulit[1]; Poggius ille de "aliquibus operibus Cornelii Taciti nobis ignotis" loquitur, de quibus

1 Fusius de tota re, quam hoc loco strictim attingere mihi licere arbitror, e.g. R. Sabbadini, Storia e critica di testi latini[2], Padova 1971, 194sqq.; R.P. Robinson, The Germania of Tacitus. A critical Edition, Middletown, Conn., 1935, 8sq.; R. Till, Handschriftliche Untersuchungen zu Tacitus Agricola und Germania (Der Codex Aesinas), Berlin 1943, 3sqq.; E. Koestermann, ed. 'Germaniae', tertium ed., Leipzig 1970, Vsqq.

per eum monachum certior factus est.[2] Insequenti anno Antonius Panormita Guarino Veronensi aperit "compertum esse Cor. Tacitum de origine et situ Germanorum"[3]. Sed anno demum 1455 codex ipse Romae asservatur; quo tempore a viro docto Pierio Candido Decembrio inspectum esse constat, qui quae ibi invenerat scripta minora Taciti librumque Suetonii 'De grammaticis et rhetoribus' satis accurate et 'Germaniam' quidem hunc in modum descripsit:

> "Cornelii taciti liber reperitur Rome visus 1455 de Origine et situ Germanie. Incipit: 'Germania omnis a Gallis retiisque et panoniis Rheno et danubio fluminibus a Sarmatis dacisque mutuo metu aut montibus separatur. cetera occeanus ambit.' Opus est foliorum XII in columnellis. Finit: 'Cetera iam fabulosa helusios et oxionas ora hominum vultusque corpora atque artus ferarum gerere. quod ego ut incompertum in medium relinquam.' Utitur autem cornelius hoc vocabulo 'inscientia' non 'Inscitia'."[4]

Codex Hersfeldensis, ut Koestermannii utar verbis, "paulo post quam inventus est hominum oculis se subduxit". Tamen anno p. Chr. n. 1902 sive casu sive consilio Minervae accidit, ut pars eius, et ea quidem, quae 'Agricolae' capita 13,1–40,2 continet, in lucem proferretur; constat autem in foliis 56^r–63^v codicis membranacei Aesinatis, qui a Stefano Guarnieri nescio quando ante annum 1474 compositus[5] haec habet opera: fol. 1–51^v Dictys 'Ephemerida belli Troiani', fol. 52^r–65^v Taciti 'Agricolam', fol. 66^r–75^v Taciti 'Germaniam'. Folia autem 56^r–63^v inter an-

2 Sabbadini (cfr ann. 1) p. 195.

3 Sabbadini (cfr ann. 1) p. 199.

4 Sabbadini (cfr ann. 1) p. 205.

5 C. Annibaldi, L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel MS. Latino N. 8 della Biblioteca del Conte G. Balleani in Jesi. Città di Castello 1907; La Germania di Cornelio Tacito, Leipzig 1910. Codex Aesinas apud Till (cfr ann. 1) totus phototypice depictus reperitur.

nos 830 et 850 litteris minusculis, quae dicuntur, aetatis Carolingicae exarata esse P. Lehmann demonstravit.[6]

Millies viri docti his ipsis codicis Aesinatis foliis innixi quanam indole specie qualitate pars illa deperdita fuerit, quae 'Germaniam' continebat, disceptaverunt. Hac de materia, quippe qui de rebus, quas oculis numquam vidi, invitus disputem, verba non perdam. Quod ad apographa, quae ante diximus, saeculo quinto decimo exscripta pertinet, immensum laborem multi sustinuerunt, ut, qua ratione inter se cohaererent, experirentur. Tamen oleum et operam ipsos quoque perdidisse haud multum abest, quin opiner; magna sane discrepantia apud hos viros intellegentes – ut hoc primum afferam – est, ipse Hersfeldensis codex pro quorum apographorum genuino archetypo habendus sit; ambigitur, utrum unum an plura ex hoc descripta exemplaria hyparchetypa sint ponenda; concertatur, utrum quinque an duae an tres classes codicum exscriptorum definiendae sint; tum, quibus ii rationibus coniuncti sint, discordatur: Robinson duo hyparchetypa ex Hersfeldensi descripta atque postea deperdita, X et Y, animo finxit, a quorum altero recta via Vindobonensem 711 (ser. nov. 2960) et per interposita exemplaria Hummelianum[7] Monacensemque 5307 (v. infra), ab altero quattuor apographa, quae perierint, e quibus per interposita exemplaria reliqui codices fluxerint, derivanda censuit; Perret quinque, Koestermann, Lenchantin de Gubernatis, Winterbottom tres poni debere catervas codicum inter se cohaerentium putaverunt[8]; tamen – Len-

6 Apud Till (cfr ann. 1) p. 11–13.

7 De hoc codice, qui saeculo XIX periit, v. Robinson p. 81sqq.

8 Robinson: v. ann. 1; stemma codicum in fine eius libri positum reperitur. J. Perret, Recherches sur le texte de la Germanie (a. 1950) et in editione sua (1962/1967); Lenchantin d. G., Koestermann, Winterbottom in praefationibus editionum.

chantin d. G. et Koestermann exceptis – dissensio fuit, quibus ex codicibus classes illa aut illa consisterent.[9]

Equidem sine dubitatione concedendum existimo certos codices, inter quos quattuor praesertim paria, Vaticanus scilicet 1862 et Leidensis Perizonianus, Vaticanus 1518 et Neapolitanus IV C 21, Parisinus N.A. 1180 et Marcianus 4266, Vindobonensis s.n. 2960 (olim 711) et Monacensis 5307, ut iam viderunt plerique huius saeculi editores 'Germaniae', nominanda sunt, artissima affinitate coniunctos esse. Tamen, cum nulla harum rerum aestimatio atque ratiocinatio nullumque stemma codicum 'Germaniae' sibi consentaneum aut omnibus numeris perfectum mihi videatur, de classibus vel catervis librorum manu scriptorum huius opusculi Tacitei loqui penitus desistam. Ceterum in hoc quoque is apparatus criticus, quem constitui, a consuetudinibus Koestermannii, quem in Bibliotheca Teubneriana 'Germaniam' ter edendo de textu bene meritum constat, differet, quod innumeras paene praeposteras scripturas ac praetermissiones **BCE** in primis codicum (cfr Sigla codicum p. XXV), quae ad textum constituendum ne minimum quidem valent, ex eo eieci atque relegavi.

In 'Germania' edenda novem praecipue codicibus innixus sum, quorum quinque **(BbCcE)** lucis ope depictos legi, reliquos ex editionibus Andersonii, Koestermannii, Robinsonii, Winterbottomii contuli. Copiosissime atque accuratissime de his et reliquis codicibus Robinson p. 79–268, p. XIV–XXIII Koestermann de **BbCcE** deque selectis insuper aliquot disseruerunt. Equidem hoc loco ad pervestigationes, libellos, praefationes eorum, quorum mentio facta est, virorum doctorum atque ad ea insuper, quae tractaverunt

9 Cfr etiam R.H. Martin, The Classical Review 27, 1977, 193sq., qui (in censura editionis Winterbottomii) duas codicum classes vindicare sibi posse videtur.

Massmann, Till, Wissowa, Wuensch (cfr Conspectum librorum) legentes delegaverim; ipse me brevi commemoratione eorum, quos adhibui, librorum manu scriptorum continebo per sigla progrediens litterarum ordine observato.

B **Codex Vaticanus Lat. 1862,** Robinson p. 88 (V), chart. saec. XV. Continet fol. 1–13 'Germaniam', 13ᵛ–23 Suetonii 'De grammaticis et rhetoribus', 23ᵛ–43 Taciti 'Dialogum'.

b **Codex Leidensis Perizonianus XVIII Q 21,** Robinson p. 84 (L), membr. saec. XV. Continet fol. 2–30 'Dialogum', 31–47 'Germaniam', 47–59ᵛ Suetonii 'De gramm. et rhet.'[10]. In libello qui "The Manuscript Tradition of Tacitus' *Germania*" inscribitur[11] Winterbottom communi opinioni obsistens hunc codicem ut 'prolem Vaticani' (sc. 1862) minimi aestimat[12], quam sententiam in praefatione editionis suae redintegrat: "Mihi quidem videor demonstrasse Leidensem nihil aliud esse nisi prolem Vaticani, hoc tantum pretiosam quod egregias lectiones virorum doctorum – in primis eius qui codicem, ut videtur, exaravit, Iovianum Pontanum dico[13] – ingenio debitas et in textu et post correctionem (b^2) continet". Sed nescio an Winterbottom de praestantia huius libri manu scripti, quem cum Vaticano 1862 commune hyparchetypum habuisse cum multi tum Robinson, Lenchantin d. G., Koestermann iudicarunt,

10 Cfr Cod. Leid. Periz. phototypice editus. Praefatus est G. Wissowa, Lugd. Bat. 1907 (Codd. Greaci et Latini photographice depicti, Suppl. IV).

11 V. infra p. XXIII (Conspectus librorum).

12 "It should appear in an apparatus only when it offers worthwhile conjecture" p. 2.

13 B.L. Ullman, Italia Medioevale e Umanistica 2, 1959, 309–335.

iniuria detraxerit. Utcumque, quominus in apparatu critico uberius afferam, nequaquam impediar.

C **Codex Vaticanus Lat. 1518,** Robinson p. 83 (I), membr. saec. XV. Continet fol. 166^{v}–173^{v} Suetonii 'De gramm. et rhet.', 173^{v}–189 dupl. 'Dialogum' Taciti, 189 dupl.–198^{v} 'Germaniam'.

c **Codex Farnesianus sive Neapolitanus IV C 21,** Robinson p. 85 (N), membr. saec. XV. Continet praeter Taciti Ann. 11–16 atque Hist. I–V 'Dialogum', 'Germaniam', Suetonii 'De gramm. et rhet.' (cfr Massmann p. 5sqq.). Etiam hic codex, quem "omnibus reliquis anteponendum esse Lipsius iudicavit, et multi viri docti ei assensi sunt" (Koestermann p. XIX), Winterbottomio satis vilis est, quin prope totus ab eo neglegitur. "Si *C* frater (ut ita dicam) est Neapolitani (cui addatur gemellus eius, Vaticanus latinus 4498), minime frater germanus putandus est. Fons enim horum trium codicum communis, postquam *C* exscriptus est, ita inrepentibus ex hyparchetypo ζ" (e quo codices Vindobonensem s. n. 2960, olim 711, et Monacensem 5307, cfr infra, manavisse putat W.) "lectionibus foedatus est ut proles eius subsequens testimonium minime idoneum reddat. Quid sequitur nisi hoc? unicas lectiones codicis *C* interim ex hyparchetypo defluxisse, dissentientibus *c* gemelloque eius." Multo meliores quam **c** communis hyparchetypi (Γ) testes codices Marcianum 4266 (**Q,** cfr infra, **M** Robinson p. 85) et Parisinum N.A. 1180 (**p,** cfr infra, **p** Robinson p. 86), "veros gemellos", putat W. (p. VIII). Tamen de "quaestionis huius infinitae difficultatibus" maxima inter viros doctos controversia fuit (cfr Koestermann p. XIXsqq.).

E **Codex Aesinas,** Robinson p. 14–30 (E), membr. saec. XV (cfr supra p. IVsq.). Hunc ab eodem quo cod. Vat. Lat. 1862 **(B)** hyparchetypo derivandum esse existimat Winterbottom (cfr infra de opinione Robinsonii), cum Koestermann et Lenchantin d. G. Rudolfi Tillii conclusionibus in-

ducti uni ex iis, quae tria ponunt hyparchetypa, solum assignent. Robinson autem Aesinatem satis procul ab hyparchetypo altero (cfr supra p. V) exstitisse iudicaverat (Y > β > τ > **E**; ab eodem fonte [β scilicet] codd. **LV,** = λ, i.e. **bB,** defluxisse existimabat).

m **Codex Monacensis Latinus 5307,** Robinson p. 85 (m), chart. saec. XV. 'Germaniam' fol. 153–168 continet; cfr Massmann p. 4sq., Robinson p. 85 et 157–162, Koestermann p. XXI. Cfr infra de **W** codice.

p **Codex Parisinus** "Nouvelles Acquisitions" **(N.A.) 1180,** Robinson p. 86 (p), chart. saec. XV; 'Germaniae' capita 1–44,3 *regia utilitas est* fol. 33–40 continet; cfr supra de **c** codice.

Q **Codex Marcianus (Venetianus) Lat. misc. class. XIV, 1, 4266,** Robinson p. 85 (M), chart. saec. XV. Continet fol. 166^{v}–172^{v} Suetonii 'De gramm. et rhet.', 172^{v}–184^{v} Taciti 'Dialogum', 186–193^{v} 'Germaniam'. Cfr supra de **c** codice.

W **Codex Vindobonensis ser. nov. 2960,** olim (i.e. ante a. 1947) 711, Robinson p. 89 (W), Koestermann p. XXI, chart. saec. XV. Continet fol. 200–211^{v} 'Germaniam', 212–230^{v} 'Dialogum', 231–239 Suetonii 'De gramm. et rhet.'. Hunc (et per interposita exemplaria Monacensem 5307 **[m]** et Hummelianum quoque) Robinson ab altero ex codice Hersfeldensi apographo (X, cfr supra p. V) oriundum, Winterbottom ab eodem quo Monacensem 5307 **(m)** hyparchetypo (ζ) manavisse opinatus est, "hoc (i.e. **m**) deteriore, ut qui variis lectionibus omnino careat erroribusque ineptissimis abundet" (W. p. VII).

Praeterea hic illic testimonia septem aliorum codicum saeculo XV exaratorum protuli, quos iis, quibus Robinson usus est siglis notavi:

a Codex Londiniensis Arundelianus 277, Robinson p. 80;
Δ Codex Vaticanus Lat. 4498, Robinson p. 80sq.;

R Codex Florentinus Riccardianus 158, Robinson p. 86;
s Codex Stutgardiensis Hist. Q 152, Robinson p. 87;
t Codex Turicensis Car. C 56, Robinson p. 88;
u Codex Vaticanus Urbinas Lat. 412 (655), Robinson p. 88;
v Codex Vaticanus Lat. 2964, Robinson p. 88sq.

De editionibus 'Germaniae' videas velim p. XXIsq. (TACITUS).

Scribebam Coloniae Agrippinensium mense Iulio a. MCMLXXXI.

A. OENNERFORS

CONSPECTVS LIBRORVM LIBELLORVMQVE SELECTORVM

Aalders, G.J.D., A note on Tacitus, Germania 10, 3, *Mnemosyne 20, 1967, 175–178.*

Abbott, F.F., The Toledo manuscript of the Germania of Tacitus, with notes on a Pliny manuscript, *The University of Chicago Decennial Publications VI, 1903, 217–258.*

Acidalius = Valentis Acidalii, intercurrentibus & M. Ant. Mureti, notae in C. Corn. Taciti opera quae exstant. Coll. a Christiano Acidalio fratre, Hanau 1607.

Alfonsi, L., Problematicità della Germania tacitiana, *Mélanges P. Boyancé,* Coll. de l'École franç. de Rome XXII, 1974, 5–19.

Almgren, B., Den osynliga gudomen, *'Proxima Thule',* Stockholm 1963, 53–71.

Ander, K., Die Insektenfauna des baltischen Bernsteins nebst damit verknüpften zoogeographischen Problemen, Lund 1942.

Anderson, J.G.C., v. Tacitus (20).

Andresen, G., v. Tacitus (11).

Annibaldi, C., v. Praef. ann. 5.

Baehrens = Baehrens, E., Studien zur Germania des Tacitus, *Jahrbücher f. class. Philologie CXXI, 1880, 265–288.*

Balogh, E., Zur Auslegung einer Tacitusstelle (Germ. 24), *Studi Paoli,* Firenze 1955, 41–58.

Barker, D., The right-wheel of the Germanic horsemen, *Modern Language Review 46, 1951, 255–257.*

Beare, W., Tacitus on the Germans, *Greece and Rome XI, 1964, 64–76.*

Beroaldus, v. Tacitus (3).

Bickel, E., Die Glaubwürdigkeit des Tacitus und seine Nachrichten über den Nerthuskult und die Germanen, *Bonner Jahrb. 139, 1934, 1–20.*

–, Nordisches Stammgut in der römischen Religion, *Rhein. Mus. 89, 1940, 12–43.*

Bielefeld, G., Der kompositorische Aufbau der Germania des Tacitus, *Festschr. Wegner,* Münster 1962, 44–54.

Bleterie = Bleterie, J. Ph. René de la, Traduction de la vie d'Agricola, et des Mœurs des Germains, Paris 1776.

Brotier = C. Cornelii Taciti opera recognovit, emendavit, explevit, notis ... illustravit G. Brotier, Paris 1771.

Brugnoli, G., La vicenda del Codice Hersfeldense, *Riv. cult. class. e medioevale 3, 1961, 68–90.*

Bruun, N. W., Über eine schwierige Tacitusstelle (38, 2), *Wiener Studien N.F. VIII, 1974, 154–155.*

–, Annotationes criticae in Taciti Germaniam, *Symb. Osl. 51, 1976, 137–144.*

–, et Lund, A.A., Zu den vermeintlichen Glossemen in der Germania des Tacitus, *Gymnasium 88, 1981, 505–511.*

Büchner, K., Hat Tacitus geglaubt, der Untergang des römischen Reiches stehe unmittelbar bevor?, *Festschr. Schuchardt,* Baden-Baden 1960, 43–48.

Bywater, I., Miscellanea (Tac. Germ. 16), *Journal of Philology XVII, 1888, 75–79.*

Cellarius = Cellarius, Chr., Notitia orbis antiqui, Leipzig 1701–6. (I, p. 344).

Christ, K., Germanendarstellung und Zeitverständnis bei Tacitus, *Historia 14, 1965, 62–73.*

Colerus = Colerus, Chr., Ad C. Cornelii Taciti scripta spicilegium, Hannover 1603.

Collinder, B., The Name *Germani, Festschr. Sahlgren,* Lund 1944, 339–359.

Decembrius = Decembrio, P.C., v. Praef. p. IV.

Delz, J., Der Namensatz und weitere korrupte Stellen in den kleinen Schriften des Tacitus, *Mus. Helv. 27, 1970, 224–241.*

Detschew = Detschew, D., Zu Tacitus' Germania 45, *Wochenschr. f. Klass. Philol. XXXV, 1918, 236–237.*

Döderlein, v. Tacitus (9).

Drexler, H., Die Germania des Tacitus, *Gymnasium 59, 1952, 52–70.*

Ekholm, G., The Peoples of Northern Europe, *The Cambridge Ancient History XI, 1936, Chapter II.*

Eriksson = Eriksson, N., Studien zu den Annalen des Tacitus, Diss. Lund 1934.

–, Einige textkritisch untersuchte Tacitusstellen, *Rhein. Mus. 88, 1939, 18–27.*

Ernesti, v. Tacitus (5).

Erren, M., *"Urgentibus imperii fatis", Listy Filol. 99, 1976, 1–30.*

Fehrle-Huennerkopf, v. Tacitus (23).

Fischer, H., *Barditus, Zeitschr. f. deutsches Altertum L, 1908, 145–148.*

Frahm, F., Neue Wege zur Textkritik von Tacitus' Germania, *Hermes 69, 1934, 426–443.*

Fuhrmann, M., Einige Dokumente zur Rezeption der taciteischen 'Germania', *Der altsprachl. Unterricht 21, 1978, 39–49.*

Giffen, A.E. Van, Der Warf in Ezinge, Provinz Groningen, Holland, und seine westgermanischen Häuser, *Germania 20, 1936, 40–80.*

Gilmores, G.D., Tacitus, Germania 36,1, *Class. Quarterly 20, 1970, 371.*

Golling, J., Zu Tacitus' Germania c. 26, *Wiener Studien XXX, 1908, 342.*

Goodyear, F.R.D., On the Leidensis of Tacitus, *Class. Quarterly 20, 1970, 365–370.*

Grimm, J., Geschichte der deutschen Sprache, 4. Aufl., Leipzig 1880 (I, p. 433: Tac. Germ. 34, 1).

Grotius = C. Corn. Tacitus ex I. Lipsii editione cum notis et emendationibus H. Grotii, Leiden 1640.

Gruterus = C. Cornelii Taciti opera quae extant ex recognitione Iani Gruteri, Frankfurt 1607.

Gudeman, A., Zur Germania des Tacitus, *Philologus LVIII, 1899, 25–44.*

–, v. Tacitus (16).

Haas, H., *Virtus Tacitea, Gymnasium 49, 1938, 163–180.*

–, Die Germanen im Spiegel der römischen Dichtung, *Gymnasium 54f., 1943f., 73–114.*

Hald, K., Angles and Vandals, *Classica et Mediaevalia 4, 1941, 62–78.*

Halm, K., Über einige controverse Stellen in der Germania des Tacitus, *Sitz. Ber. Bayer. Ak. 1864, 2, 1–41.*

–, v. Tacitus (11).

Hammerich, L.L., Ein Reiterstück (Tac. Germ. 6), *Festschrift Frings,* Berlin 1956, 283–297.

–, Die Germania des Tacitus. Stilistisches und Sachliches, *Acta Acad. Scient. Hung. 16, 1968, 279–282.*

Hartke, W., Der retrospektive Stil des Tacitus als dialektisches Ausdrucksmittel, *Klio 37, 1959, 179–195.*

Heinze, R., *Urgentibus imperii fatis* (Tac. Germ. C. 33), Akademie-Vortrag 1928, hrsg. v. E. Burck, *Vom Geist des Römertums,* Leipzig 1938, 255–277; 4., durchgeseh. Aufl., Darmstadt 1972, 440–454.

Heraeus = Heraeus, K., Über einige unbeachtet gebliebene Fehler und controverse Stellen im Texte der Germania des Tacitus, *Progr. Gymn. Hamm 1880, 3–14.*

Heubner, H., Neues zum Namensatz des Tacitus (Germ. 2, 2), *Gymnasium 69, 1962, 426–429.*

–, Umstrittene Tacitusstellen, *Wiener Studien LXXVII, 1964, 138–143* (Germ. 38, 2).
–, Tacitus über die Katastrophe der Cherusker, *Rhein. Mus. 117, 1974, 318–322* (Germ. 36, 1).
Hirschfeld, O., Der Name Germani bei Tacitus und sein Aufkommen bei den Römern, *Festschr. Kiepert,* Berlin 1898, 259–274.
Hjärne, E., Bernstensriddaren och Tacitus. Inbjudning till Filosofie doktorspromotionen vid Uppsala universitet 31 maj 1938 (Uppsala universitets årsskrift), Uppsala 1938.
Hommel, H., Die Hauptgottheiten der Germanen bei Tacitus, *Archiv f. Religionswiss. 37, 1941, 144–172.*
Hümer, J., Über eine Wiener Handschrift zum Dialog und zur Germania des Tacitus und zu Suetons Fragm. De gramm. et rhet., *Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 29, 1878, 801–813.*

Jäkel, W., De Taciti Germaniae atque Agricolae codicibus Aesinate et Toletano, Diss. Berlin 1926.
Jankuhn, H., Die Glaubwürdigkeit des Tacitus in seiner Germania im Spiegel archäologischer Beobachtungen, Politik u. literar. Kunst im Werk des Tacitus, *Der altsprachl. Unterricht XIV, 1971, 142–151.*
–, v. Much.
Jax, K., In componendis synonymis quae ratio adhibita sit in Taciti Germania et Agricola, *Studi Paoli,* Firenze 1955, 423–432.
Jens, W., *Libertas* bei Tacitus, *Hermes 84, 1956, 331–352.*

Koch, H., Zum Verständnis des Namenssatzes in Tacitus' Germania, *Gymnasium 82, 1975, 426–448.*
Koestermann, v. Tacitus (19).
Kolendo, J., Die Aufteilung der Völker Germaniens im Lichte einer Analyse der Werke des Tacitus, *Zeszyty Nauk. Uniw. Jagiellonsk. (Kraków) 422, Prace Archeol. 22, 1976, 39–50.*

Kossinna, G., Ursprung und Verbreitung der Germanen in vor- und frühgeschichtlicher Zeit. Mit 359 Abbildungen und Karten, Leipzig 1928 (Mannus-Bibl. 6).
–, Die deutsche Vorgeschichte, 6. Aufl. Leipzig 1934 (Mannus-Bibl. 9).
Kraggerud, E., Kritische und exegetische Bemerkungen zu Tacitus' Germania, *Symb. Osl. 44, 1969, 75–89.*
–, Verknüpfung in Tacitus' Germania, *Symb. Osl. 47, 1972, 7–35.*
–, Der Namensatz der taciteischen Germania. Eine philologische Analyse, Oslo 1981.
Kröner, H.-O., Tacitus, Germania 2,1, *Les études classiques 50, 1982, 99–113.*

Lachmann = Emendationes Lachmannii in Germaniam ab Hauptio in editione eius (Berlin 1855) relatae.
Landi, C., *Urgentibus imperii fatis, Scritti storici in onore di C. Manfroni,* Padova 1925, 443–453.
Lee, G.M., Tacitus, Germania 36, 1, *Class. Quarterly 18, 1968, 382–383.*
Lehnerdt, M., Enoch von Ascoli und die Germania des Tacitus, *Hermes 33, 1898, 499–505.*
Lenchantin de Gubernatis, v. Tacitus (21).
Lipsius = C. Cornelii Taciti opera ... Iustus Lipsius postremum recensuit, Antwerpen 1574–1607.
Loefstedt, Synt., = Löfstedt, E., Syntactica, I² Lund 1944, II Lund 1933.
–, Komm., = Löfstedt, E., Philol. Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae, Uppsala 1911.
Loeschhorn, B., Tac. Germ. 11, 6 *"frameas concutiunt", Mus. Helv. 23, 1966, 118–120.*
Lund, A.A., De *Germaniae* vocabulo (Germ. 2, 5), *Glotta 55, 1977, 93–111.*
–, Nochmals zur Katastrophe der Cherusker (Tac. Germ. 36, 1), *Gymnasium 85, 1978, 179–181.*

–, Tacitus' Germania 46,1–2, *Gymnasium 86, 1979, 75–80.*
–, *Pariendum* oder *pereundum?* (Tac. Germ. 18, 4), *Symb. Osl. 54, 1979, 119–123.*
–, v. *Bruun.*
Lundström, S., Vermeintliche Glosseme in Tacitus Germania, *Eranos 76, 1978, 87–101.*

Mader, U.J., Sippe und Gefolgschaft bei Tacitus und in der westgermanischen Heldendichtung, Diss. Kiel 1940.
Maehly = Mähly, J., Taciti Germania ed. A. Baumstark, *Zeitschr. f. deutsche Philologie VIII, 1877, 248–252.*
Malone, K., The Votaries of Nerthus, *Namn och bygd XXII, 1934, 26–51.*
Massmann = Massmann, H.F., Germania des C. Cornelius Tacitus. Mit den Lesarten sämmtlicher Handschriften und geschichtlichen Untersuchungen über diese und das Buch selbst, Quedlinburg & Leipzig 1847.
Meiser = Meiser, K., Kritische Studien zum Dialogus und zur Germania des Tacitus, Progr. Eichstädt 1871.
Melander, K.R., Tacitus' Germania als Quelle der deutschen Frühgeschichte, *Annales Acad. Sc. Fenn. 47, 2, Helsinki 1940.*
Melin, B., Die Heimat der Kimbern, Uppsala 1960 (Uppsala universitets årsskrift).
–, Zum Eingangskapitel der Germania, *Eranos 58, 1960, 112–131.*
–, Zum Namensatz der Germania, *Eranos 61, 1963, 143–160.*
Mendell, C.W., Discovery of the minor Works of Tacitus, *American Journ. of Philol. 56, 1935, 113–130.*
–, Manuscripts of Tacitus' minor Works, *Mem. of the American Acad. in Rome 19, 1949, 135–145.*
Mentz, A., Die notae der Germanen bei Tacitus, *Rhein. Mus. 86, 1937, 193–205.*
Much = Die Germania des Tacitus. Erläutert von R. Much

(1937). 3., beträchtl. erw. Aufl., unter Mitarbeit v. H. Jankuhn hrsg. v. W. Lange, Heidelberg 1967.

Muellenhoff = Müllenhoff, K., Deutsche Altertumskunde, IV, Die Germania des Tacitus erl. v. K.M., Berlin 1877 u. 1920.

Muetzell = Mützell, J., Zu Tacitus' Germania, *Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen X, 1856, 716–717.*

Muretus = M. Antonii Mureti opera omnia ex MSS. aucta et emendata, Leiden 1789, IV, 155–170 (Notae in Tacitum).

Nicolaus Nicolus = Niccoli Niccolò, Comm. in peregrinatione Germaniae (1431) sec. Sabbadini (v. Praef. ann. 1) 7–9.

Nipperdey, K., Vorläufige Bemerkungen zu den kleinen Schriften des Tacitus, *Rhein. Mus. XVIII, 1863, 342–350.*

Norden, E., Die germanische Urgeschichte in Tacitus' Germania, 4. Aufl. Stuttgart 1959.

Oennerfors[1], v. Tacitus (24).

Oennerfors[2] = Önnerfors, A., In Taciti "Germaniam" annotationes criticae, *Symb. Osl. 34, 1958, 45–53.*

Palm, Th., Der Kult der Naharvalen, *Archiv f. Religionswiss. 36, 1939, 398–405.*

Panormita = Antonius Panormita (Beccadelli) sec. Sabbadini (v. Praef. ann. 1) p. 199.

Passow, v. Tacitus (6).

Pekkanen, T., Note critiche a Tacito, Germ. 45, 1 e 46, 2, *Riv. di Filol. e di Istr. Class. 1971, 271–275.*

–, Tacitus, Germ. 2,3 and the name *'Germani', Arctos VII, 1972, 107–138.*

–, *'Nomine superioris'* (Tac. Germ. 36,1), *Arctos X, 1976, 69–74.*

–, Critical and exegetical notes on Tacitus' Germania, *Arctos XII, 1978, 101–113.*

Perizonius = (Iacobi) Perizonii notulae in Taciti Germaniam nondum vulgatae ... opera et studio M. Io. Henrici M. Ernesti, Nürnberg 1793.

Perret, J., Recherches sur le texte de la Germanie, Paris 1950.

–, v. Tacitus (22).

Persson, P., Kritisch-exegetische Bemerkungen zu den kleinen Schriften des Tacitus, Uppsala & Leipzig 1927.

Pfister, F., Tacitus und die Germanen, *Festschrift Hosius, Würzb. Studien 9,* Stuttgart 1936, 59–93.

Philipp, E., Zur Tacitushandschrift cod. Vindob. II, *Wiener Studien XI, 1889, 288–290.*

Pichena = Pichena, Curtius, C. Cornelii Taciti opera, Frankfurt 1607.

Pöschl, V., Tacitus und der Untergang des römischen Reiches, *Wiener Studien LXIX, 1956, 310–320.*

Polomé, E., À propos de la déesse Nerthus, *Latomus 13, 1954, 167–200.*

Pralle, L., Die Wiederentdeckung des Tacitus. Ein Beitrag zur Geistesgeschichte Fuldas und zur Biographie des jungen Cusanus, Quellen u. Abh. zur Gesch. d. Abtei u. d. Diözese Fulda 17, Fulda 1952.

Puteolanus, v. Tacitus (2).

Reeb, v. Tacitus (17).

Reifferscheid = Reifferscheid, A., Coniectanea in Taciti Germaniam, *Symbola philol. Bonnensium in hon. F. Ritschelii collecta,* Leipzig 1864–1867, 623–628.

Reitzenstein, R., Zur Textgeschichte der Germania, *Philologus LVII, 1898, 307–317.*

–, Bemerkungen zu den kleinen Schriften des Tacitus. *Nachr. d. königl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, phil.-hist. Kl. 1914, 173–276.*

Rhenanus, v. Tacitus (4).

Ritter, v. Tacitus (10).
Robinson, v. Tacitus (18).
Robothan, D.M., Another fifteenth-century manuscript of the Germania (cod. Ottobon. 1434), *American Journ. of Philol. 71, 1950, 225–238.*
Rudberg, G., Zum antiken Bild der Germanen. Studien zur ältesten Germanenliteratur, Oslo 1933.

Sabbadini, R., Storia e critica di testi latini², Padova 1971.
Salmasius, Claudius, sec. H. Waltheri "Taciti opera", Halle 1831–1833, vol. IV (praefatus est, ed. F.A. Eckstein).
Schmid, W., *Urgentibus imperii fatis* (Tac. Germ. 33), *Studies in honor of A. M. Albareda,* New York 1961, 381–392.
Schweizer-Sidler, v. Tacitus (12).
Sievers, E., Germaniae vocabulum, *Beitr. z. Gesch. d. deutschen Sprache u. Lit. 49, 1925, 429–433.*
Steidle, W., Tacitusprobleme, *Mus. Helv. 22, 1965, 81–114* (Germ. 4).
Steller, W., Name und Begriff der Wenden (*Sclavi*). Eine wortgeschichtliche Untersuchung, Kiel 1959.
Ström, F., Diser, nornor, valkyrjor. Fruktbarhetskult och sakralt kungadöme i Norden, Stockholm 1954.
Svennung, J., Belt und Baltisch. Ostseeische Namenstudien, Uppsala 1953 (Uppsala universitets årsskrift).
–, Die Insel der Svear und die Sithonen bei Tacitus, *Fornvännen 1962, 193–211.*
–, Die Swioneninsel und die *Sithones* bei Tacitus, *Eranos 61, 1963, 121–142.*
–, *Scadinavia* und *Scandia.* Lateinisch-nordische Namenstudien, Uppsala 1963.
–, Jordanes und Scandia. Kritisch-exegetische Studien, Uppsala 1967.
–, Skandinavien bei Plinius und Ptolemaios. Kritisch-ex-

egetische Forschungen zu den ältesten nordischen Sprachdenkmälern, Uppsala 1974.

TACITUS, P. Cornelius, De origine et situ Germanorum. Ediderunt cum multi tum:
(1) Vindelinus de Spira (?), Speyer c. 1469. Editio princeps.
(2) Franciscus Puteolanus, Mailand c. 1475.
(3) Philippus Beroaldus, Rom 1515.
(4) Beatus Rhenanus, Basel 1519.
(5) Ernesti, I. A., Leipzig 1752; ed. alt. 1772.
(6) Passow, F., Breslau 1817.
(7) Walch, G.L., Tacitus' Germania. Urschrift, Übersetzung, Berlin 1829.
(8) Tross, L., Ad fidem codicis Perizoniani, nunquam adhuc collati; notas adiecit, Hamm 1841.
(9) Döderlein, L., emendavit et commentariis instruxit, Halle 1841/1847.
(10) Ritter, F., Cambridge 1848, ed. altera Leipzig 1864.
(11) Halm, K., et Andresen, G., Leipzig 1850/1851 et 1883 (ed. quarta), 1916 (ed. quinta).
(12) Schweizer-Sidler, H., Halle 1871, erneuert v. E. Schwyzer, ed. octava 1923 (cum comm. exeg.).
(13) Zernial, U., Berlin 1890 (cum. comm. exeg.).
(14) Wolff, Ed., Leipzig & Berlin 1896, ed. tertia 1915 (cum comm. exeg.).
(15) Andresen, G., v. (11) Halm.
(16) Gudeman, A., Berlin 1916 (cum comm. exeg.).
(17) Reeb, W., mit Beiträgen v. A. Dopsch, H. Reis, K. Schumacher, unter Mitarbeit v. H. Klenk, Leipzig & Berlin 1930 (cum comm. exeg.), ed. altera 1939.
(18) Robinson, R.P., Middletown, Connecticut 1935 (cum comm. philol.).
(19) Koestermann, E., Leipzig 1936, ed. tertia 1970.
(20) Anderson, J.G.C., Oxford 1938 (cum comm. exeg.).
(21) Lenchantin de Gubernatis, M., Torino 1949.

(22) Perret, J., Paris 1949, ed. altera 1962 (cum interpr. Francogall.).
(23) Fehrle, E., et Hünnerkopf, R., Heidelberg 1959 (cum interpr. Germ. et comm. exeg.).
(24) Önnerfors, A., Stockholm 1960, ed. tertia 1969 (cum interpr. Suecica et comm. exeg.).
(25) Winterbottom, M., Oxford 1975.

Tackenberg, K., Die Germania des Tacitus und das Fach der Vorgeschichte, *Festschr. Wegner,* Münster 1962, 55–70.

Tagmann, R., De Taciti Germaniae apparatu critico, Breslau 1847.

Theiler, W., Drei Vorschläge zum Namenssatz der taciteischen Germania, *Mus. Helv. 28, 1971, 118–121.*

Thielscher, P., Das Herauswachsen der 'Germania' des Tacitus aus Caesars 'Bellum Gallicum', *Das Altertum 8, 1962, 12–26.*

Thomas, G.M., Über einen Codex Venetus zum Dialogus und zur Germania des Tacitus, *Münch. gel. Anz. 36, 1853, 9–23.*

Till, R., Handschriftliche Untersuchungen zu Tacitus Agricola und Germania. Mit einer Photokopie des Cod. Aesinas, Berlin 1943.

–, Tacitus als Ethnograph und Geschichtsschreiber, *Dialog 10, 1977, 323–343.*

Tross, v. Tacitus (8).

Trüdinger, K., Studien zur Geschichte der griechisch-römischen Ethnographie, Diss. Basel 1918.

Urlichs, L., Kritische Bemerkungen zu dem älteren Plinius und zu Tacitus, *Rhein. Mus. XXXI, 1876, 493–529.*

Wackernagel, W., Die germanischen Personennamen, *Schweizer. Mus. f. hist. Wissensch. I, 1837, 109.*

Waitz = Waitz, G., Die Verfassung des deutschen Volkes in ältester Zeit, 3. Aufl. Berlin 1880.

Walch, v. Tacitus (7).
Wellesley, K., Tacitus, Germania 36,1, *Class. Quarterly 20, 1970, 371.*
Wendt, B., Roms Anspruch auf Germanien. Untersuchungen zur röm. Außenpolitik im 1.Jahrh. n. Chr., Diss. Hamburg 1961.
Werber, A., Der Satzschlußrhythmus des Tacitus, Diss. Tübingen 1962.
Whatmough, J., The *Osi* of Tacitus. Germanic or Illyrian?, *Class. Philol. 42, 1931, 139–155.*
Winterbottom, M., The Manuscript Tradition of Tacitus' *Germania, Class. Philol. 70, 1975, 1–7.*
–, v. Tacitus (25).
Wissowa, G., Zur Beurteilung der Leidener Germania-Handschrift, *Festschr. z. 25jähr. Stiftungsfest des hist.-phil. Vereines der Univ. München,* München 1905, 1–15.
–, Taciti Dialogus de oratoribus et Germania. Suetonii de viris illustribus fragmentum. Codex Leidensis Perizonianus phototypice editus. Praefatus est G. W., Leiden 1907 (Cod. Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone de Vries, Suppl. IV).
Woelfflin = Wölfflin, E., Tacitus (Jahresbericht), *Philologus XXVI, 1867, 92–166* (p. 132 Germ. 33).
Wolff, Ed., v. Tacitus (14).
Wolff, Erw., Das geschichtliche Verstehen in Tacitus' Germania, *Hermes 69, 1934, 121–166.*
Wührer, K., Die schwedischen Landschaftsrechte und Tacitus' Germania, *Zeitschr. d. Savigny-Stiftung f. Rechtsgeschichte, Germ. Abt. 76, 1959, 1–52.*
Wünsch, R., De Taciti Germaniae codicibus Germanicis, Diss. Marburg 1893.
–, Zur Textgeschichte der Germania, *Hermes 32, 1897, 42–59.*

Zernial, v. Tacitus (13).

SIGLA CODICVM

a	Codex Londiniensis Arundelianus 277
B	Codex Vaticanus Lat. 1862
b	Codex Leidensis Perizonianus
C	Codex Vaticanus Lat. 1518
c	Codex Neapolitanus IV C 21
Δ	Codex Vaticanus Lat. 4498
E	Codex Aesinas
m	Codex Monacensis Lat. 5307
p	Codex Parisinus N.A. 1180
Q	Codex Marcianus Lat. 4266
R	Codex Florentinus Ricc. 158
s	Codex Stutgardiensis Hist. Q 152
t	Codex Turicensis Car. C 56
u	Codex Vaticanus Urbinas Lat. 412
v	Codex Vaticanus Lat. 2964
W	Codex Vindobonensis s. n. 2960 (olim 711)

var.: Haec nota siglo codicis cuiuslibet adiuncta variam scriptionem aut supra lineam aut in margine adiectam (et maxime quidem manu prima) significat.

SYNOPSIS SIGLORVM

Haec editio	Robinson	Lenchantin d. G.	Anderson	Winter-bottom
a	a	–	–	–
B	V	V	V	B
b	L	L	L	b
C	I	i	I	C
c	N	n	N	c
Δ	Δ	–	Δ	–
E	E	ε	E	E
m	m	–	m	m
p	p	–	–	p
Q	M	–	–	Q
R	R	–	–	–
s	s	–	s	–
t	t	–	–	–
u	u	–	–	–
v	v	–	–	–
W	W	–	W	W

P. CORNELII TACITI

DE ORIGINE ET SITV GERMANORVM

LIBER

1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo

CORNELII TACITI DE ORIGINE ET SITV GERMANORVM LIBER INCIPIT **B** C. Cornelii Taciti de origine et situ germanorum **C** CORNELII TACITI DE ORIGINE ET SITV GERMANORVM LIBER INCIPIT FOELICISSIME **W** Cornelii Taciti de origine et Situ Germanorum **m** Cor. Tacitus de origine et situ germanorum *Panormita* Cornelii Taciti de origine et situ germanorum liber *Nicolaus Nicolus* Cornelii taciti liber ... de Origine et situ Germanie *Decembrius* CORNELII TACITI LIBER DE SITV ET ORIGINE GERMANORVM **Q** INCIPIT EIVSDEM (*i.e. Cornelii Taciti*) DE ORIGINE ET MORIBVS GERMANORVM (*sc. liber*) **E** Cornelius tacitus de situ germaniae et moribus germanorum **p** CORNELII TACITI DE ORIGINE SITV MORIBVS AC POPVLIS GERMANORVM LIBER INCIPIT **b**

1 Rhaetisque *Cellarius:* R(h)(a)etiisque *codd.* (*in initiis nominum propriorum geographicorumque alii codices grandibus notis, alii minutis penitus inconstanter utuntur*) **2** danuuio C : dan(n)ubio BbEmpQW (*similiter alibi quoque*)

metu aut montibus separatur; cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum inmensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit.
2 Rhenus, Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus septentrionali Oceano miscetur. Danuvius, molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus, pluris populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat; septimum os paludibus hauritur.

1 2. Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos, quia nec terra olim, sed classibus advehebantur qui mutare sedes quaerebant, et immensus ultra utque sic dixerim adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit?

2 Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuistonem deum terra editum. ei filium Mannum, originem gentis conditoremque, Manno tris filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur. quidam, ut in licentia vetustatis, pluris deo ortos plurisque gentis appellationes, Marsos Gambrivios Suebos
3 Vandilios, affirmant, eaque vera et antiqua nomina. ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum,

7 Abnobae *Rhenanus*: arnob(a)e *vel* arbon(a)e *codd.* **19** tuistonem Cb*corr.*W*var.* : tristonem Bb (tuisman B *in marg.*) Tuisconem E bistonem Wc bisbonem m **20** ei BEmW : et bCcpQ conditoremque W*corr.* : conditorisque (-oris C) *rell.* conditoresque (Manno tres filios) *Robinson, Anderson* **21** tres Cc **22** Inguaeones *Muellenhoff* herminones b*corr.*cmpW *cfr Much p. 54sq.* hermiones *cett.* Istuaeones *Muellenhoff* **24** Suebos *Halm* : sueuos BbCcEmW (*sic ubique*) suenos pQ **25** uandalios bpQ

quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox et a se ipsis invento nomine Germani vocarentur.

3. Fuisse apud eos et Herculem memorant, primumque 1
omnium virorum fortium ituri in proelia canunt. sunt illis
haec quoque carmina, quorum relatu, quem barditum vo-
cant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso
cantu augurantur; terrent enim trepidantve, prout sonuit
acies, nec tam voces illae quam virtutis concentus videntur.
affectatur praecipue asperitas soni et fractum murmur,
obiectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu
intumescat. ceterum et Ulixen quidam opinantur longo illo 2
et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adisse Ger-
maniae terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm
hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque 'Ασ-
κιπύργιον: aram quin etiam Ulixi consecratam, adiecto La-
ertae patris nomine, eodem loco olim repertam, monumen-
taque et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in con-
finio Germaniae Raetiaeque adhuc extare. quae neque 3
confirmare argumentis neque refellere in animo est: ex in-
genio suo quisque demat vel addat fidem.

4 et CmQ^{1}W : etiam Bb *om.* EpQ^2 **6** Fuisse et apud eos W *Gudeman* **8** barditum *codd. plur., Zernial, Wolff, Robinson, Koestermann* : baritum *cum* Δ *et var. codd. pauc. Massmann, Anderson* barritum *Winterbottom* **14** Ulixen CcmW : Ulyxen *vel* Ulixem *vel* ulyssem *rell.*; *sim. v. 18* **17** hodieque BbEmW : hodie CcpQ incolitur BbCpQ : colitur E incolatur mW nominatumque ασκιπυργιον (*vel* ΑCKIΠΥΡΓΙΟΝ *seu lacuna huius relicta spatii*) BCcEmpQW : nominatumque. Aram *in marg.* "deest" b; *cfr S. Lundström 88sqq.*

4. Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur. unde habitus quoque corporum, tamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida. laboris atque operum non eadem patientia, minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo solove assueverunt.

1 5. Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen
aut silvis horrida aut paludibus foeda, umidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam aspicit; satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis: numero gaudent, eaeque solae et gratissi-
2 mae opes sunt. argentum et aurum propitiine an irati dii
negaverint dubito. nec tamen affirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus
3 est? possessione et usu haud perinde afficiuntur. est videre
apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum mu-

Cap. 4:
Rudolphus Fuldensis, Translatio s. Alexandri, MGH, SS II, 675: Generis quoque ac nobilitatis suae providissimam curam habentes nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum conubiis infecti propriam et sinceram et tantum sui similem gentem facere conati sunt. Unde habitus quoque ac magnitudo corporum comarumque color tanquam in tanto hominum numero idem pene omnibus.

2 aliis *secl. Lipsius, Zernial, Anderson, al., at inutiliter, cfr Robinson ad loc.* **4** tamquam (tan-) B *in marg.* ("al; tanq̄") Ccmp*var.*QW *Rudolphus Fuld.* : quamquam (quan-) BbEpW *var.; cfr Oennerfors*[2]*, p. 46* **5** c(a)erulei *codd. plurimi* : c(a)eruli (*in* -ei *corr.* B)BE*var.*W **9** adsueuerunt (ass-) CcE *var.*pQW : assuerunt Bb (-int *superscr.* B) assueuerint mE **17** negauerant C nauigauerint B **19** perinde BbE*var.* : proinde B*var.*CcEmQW

neri data, non in alia vilitate quam quae humo finguntur; quamquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.

6. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum 1 colligitur. rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur: hastas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel comminus vel eminus pugnent. et eques quidem scuto frameaque contentus est; pedites et missilia spargunt, pluraque singuli atque in inmensum vibrant, nudi aut sagulo leves. nulla cultus iactatio; scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. paucis loricae, vix uni alterive cassis aut galea. equi non forma, non velocitate conspicui. 2 sed nec variare gyros in morem nostrum docentur: in rectum aut uno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, ut nemo posterior sit. in universum aestimanti plus penes pe- 3 ditem roboris; eoque mixti proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuventute delectos ante aciem locant. definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocan-

6 quoque *om.* E **7** affectione CcmW : affectatione BbEpQ **16** in *om.* Bb^{1}mp^{1}W^{1} **19** galea *codd.* at, *Rhenanus* : galeae (-ie m) *cett.* galea est *Muetzell, Robinson* **20** uariare BCcW: uarrare m uarietate bEpQ **21** coniuncto BEpQ (*in marg.* cuncto *add.* BE): cuncto bcmQ*var.*W (*supra l.* coniuncto *add.* b, coniucto c) concto C **22** (a)estimanti BbEmQ*var.*W: existimanti CcpQ **26 sq.** centeni – numerus *om.* C

tur, et quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est.
4 acies per cuneos componitur. cedere loco, dummodo rursus
instes, consilii quam formidinis arbitrantur. corpora suorum
etiam in dubiis proeliis referunt. scutum reliquisse praeci-
puum flagitium, nec aut sacris adesse aut concilium inire
ignominioso fas, multique superstites bellorum infamiam
laqueo finierunt.

1 7. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. nec regi-
bus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius
quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant,
admiratione praesunt. ceterum neque animadvertere neque
vincire, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum,
non quasi in poenam nec ducis iussu, sed velut deo impe-
2 rante, quem adesse bellantibus credunt. effigiesque et signa
quaedam detracta lucis in proelium ferunt; quodque praeci-
puum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita
conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et pro-
pinquitates; et in proximo pignora, unde feminarum ulula-
tus audiri, unde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi
testes, hi maximi laudatores: ad matres, ad coniuges vul-
nera ferunt; nec illae numerare aut exigere plagas pavent,
cibosque et hortamina pugnantibus gestant.

1 8. Memoriae proditur quasdam acies inclinatas iam et
labantes a feminis restitutas constantia precum et obiectu
pectorum et monstrata comminus captivitate, quam longe

1 primo BbEmpQ : primum E*var.*Q*var.*W *Robinson* primus B*var.*b*var.* (*in* b *postea del.*) **5** consilium *codd. nonnulli* (*sic infra quoque cap. 12,1*) **9** aut BbEmQ *Koestermann* : ac CcpW *Robinson, Anderson, Winterbottom; at cfr Loefstedt, Synt.* I^2*, p. 347sq.* **12** ne BbCc : neque EmpQW **18** ululatus f(o)eminarum CpQ **21** aut BEp*var.* (nec p)Q *Koestermann* : et CcmW *Robinson, Anderson, Winterbottom; at cfr Loefstedt l. l.*

impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut
efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides
puellae quoque nobiles imperantur. inesse quin etiam sanc- 2
tum aliquid et providum putant, nec aut consilia earum
aspernantur aut responsa neglegunt. vidimus sub divo Ve-
spasiano Veledam diu apud plerosque numinis loco habi-
tam; sed et olim Auriniam et compluris alias venerati sunt,
non adulatione nec tamquam facerent deas.

9. Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus 1
humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac
Martem concessis animalibus placant. pars Sueborum et
Isidi sacrificat: unde causa et origo peregrino sacro, parum
comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figu-
ratum docet advectam religionem. ceterum nec cohibere 2
parietibus deos neque in ullam humani oris speciem assi-
mulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac ne-

Cap. 9:
Rudolphus Fuldensis, Translatio s. Alexandri, MGH, SS II, 675: Coluerunt enim eos, qui natura non erant dii: inter quos maxime Mercurium venerabantur, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare consueverant. Deos suos neque templis includere neque ullae humani oris speciei adsimilare ex magnitudine et dignitate coelestium arbitrati sunt. Lucos ac nemora consecrantes deorumque nominibus appellantes secretum illud sola reverentia contemplabantur.

6 Veledam (ue-) *codd. plur.* : Valedam C Voledam b, *ubi in marg.*: Hȩc siue velida siue veleda h(ab)ita fuit pro sibilla ut hic idem auctor in historijs suis meminit: Tempor(ibus) vitellij et vespasiani **7** Auriniam (au-) BbCEm(*ex* auariniam)pQW *Robinson, Anderson, Fehrle-Huennerkopf, Winterbottom* : fluriniam c Albriniam *in marg.* BE, *supra l.* bc Albrunam *W. Wackernagel, Much, Wolff, Koestermann* complures Cc **10** Herculem ac CcmpQW : Herculem et E *om.* Bb **11** Martem c. a. placant et Herculem Bb

mora consecrant, deorumque nominibus appellant secre-
tum illud, quod sola reverentia vident.
1 10. Auspicia sortesque ut qui maxime observant. sortium
consuetudo simplex. virgam frugiferae arbori decisam in
surculos amputant eosque notis quibusdam discretos super
candidam vestem temere ac fortuito spargunt. mox, si pu-
blice consulitur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater
familiae precatus deos caelumque suspiciens ter singulos
tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpre-
tatur. si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem
consultatio; sin permissum, auspiciorum adhuc fides ex-
2 igitur. et illud quidem etiam hic notum, avium voces vola-
tusque interrogare; proprium gentis equorum quoque prae-

Cap. 10:
Ib.: Auspicia et sortes quam maxime observabant. Sortium consuetudo simplex erat. Virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputabant eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant; mox, si publica consultatio fuit, sacerdos populi, si privata, ipse paterfamilias precatus deos coelumque suspiciens ter singulos tulit sublatisque secundum impressam ante notam interpretatus est. Si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio, si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces volatusque interrogare proprium gentis illius erat, equorum quoque praesagia ac monitus experiri hinnitusque ac fremitus observare, nec ulli auspicio maior fides non solum apud plebem sed etiam apud proceres habebatur. Erat et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorare solebant: eius quippe gentis, cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committere, et victoriam huius vel illius pro indicio habere.

7 consulitur *Walch, Robinson* : consuletur BbCcEpQW consulentur m consultetur *Halm, Anderson, Koestermann, Winterbottom*

sagia ac monitus experiri. publice aluntur iisdem nemoribus
ac lucis, candidi et nullo mortali opere contacti; quos pres-
sos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comi-
tantur hinnitusque ac fremitus observant. nec ulli auspicio
maior fides, non solum apud plebem: apud proceres, apud
sacerdotes; se enim ministros deorum, illos conscios putant.
est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum 3
eventus explorant: eius gentis, cum qua bellum est, cap-
tivum quoquo modo interceptum cum electo popularium
suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria huius
vel illius pro praeiudicio accipitur.

11. De minoribus rebus principes consultant, de maiori- 1
bus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem
arbitrium est, apud principes praetractentur. coeunt, nisi
quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut
inchoatur luna aut impletur; nam agendis rebus hoc auspi-
catissimum initium credunt. nec dierum numerum, ut nos,
sed noctium computant. sic constituunt, sic condicunt: nox
ducere diem videtur. illud ex libertate vitium, quod non
simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies
cunctatione coeuntium absumitur. ut turbae placuit, consi-
dunt armati. silentium per sacerdotes, quibus tum et coer- 2

Cap. 11:
Ib.: Quomodo autem certis diebus, cum aut inchoatur luna aut (ut *cod.*) impletur, agendis rebus auspicatissimum initium crediderint et alia innumera vanarum superstitionum genera, quibus implicati sunt, observaverint, pretereo.

5 plebem apud BbcEmW *Persson, Krit.-exeg. Bem. p. 95sq., Robinson; cfr N. Eriksson p. 83sq.*: plebem sed apud CpQ, *et* E *supra l., Anderson, Winterbottom* **14** praetractentur C*corr.*cW: pertractentur BbCEmpQ **22** tum cW : cum CpQ tamen BbEm tantum E *in marg.*

cendi ius est, imperatur. mox rex vel princeps, prout aetas
cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facun-
dia est, audiuntur auctoritate suadendi magis quam iubendi
potestate. si displicuit sententia, fremitu aspernantur; sin
placuit, frameas concutiunt: honoratissimum assensus ge-
nus est armis laudare.
1 12. Licet apud concilium accusare quoque et discrimen
capitis intendere. distinctio poenarum ex delicto: prodito-
res et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et inbelles
et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper crate,
mergunt. diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera
2 ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. sed et
levioribus delictis pro modo poena: equorum pecorumque
numero convicti multantur. pars multae regi vel civitati,
pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exsolvitur. eli-
guntur in iisdem conciliis et principes, qui iura per pagos
vicosque reddunt; centeni singulis ex plebe comites consi-
lium simul et auctoritas adsunt.
1 13. Nihil autem neque publicae neque privatae rei nisi
armati agunt. sed arma sumere non ante cuiquam moris,
quam civitas suffecturum probaverit. tum in ipso concilio
vel principum aliquis vel pater vel propinqui scuto framea-
que iuvenem ornant: haec apud illos toga, hic primus iuven-
tae honos; ante hoc domus pars videntur, mox rei publicae.
2 insignis nobilitas aut magna patrum merita principis digna-
tionem etiam adulescentulis assignant; ceteris robustioribus

1 princeps *codd. plur.* : principes *dett. aliquot* (*cfr Robinson*) *Perizonius, Koestermann, Much; cfr Jankuhn p. 201sqq.* **13** poena *Acidalius* : poenarum *codd.* poena : nam *Robinson* **15** uindicauit Bb^1 *corr.* b^2 **21** tum b^2Cc^1mW : cum Bb^1c^2EpQ; *cfr 14,2* **22** propinqui BbEp*var.*Q*var.*W : propinquus C (*ex* -is)cmpQW*var.* **26** ceteri *Koestermann cum Lipsio*

ac iam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comi-
tes aspici. gradus quin etiam ipse comitatus habet, iudicio
eius, quem sectantur; magnaque et comitum aemulatio,
quibus primus apud principem suum locus, et principum,
cui plurimi et acerrimi comites. haec dignitas, hae vires, 3
magno semper electorum iuvenum globo circumdari, in
pace decus, in bello praesidium. nec solum in sua gente
cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea
gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat; expetun-
tur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa ple-
rumque fama bella profligant.

14. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, 1
turpe comitatui virtutem principis non adaequare. iam vero
infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi
suo ex acie recessisse: illum defendere tueri, sua quoque
fortia facta gloriae eius assignare praecipuum sacramentum
est: principes pro victoria pugnant, comites pro principe. si 2
civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique
nobilium adulescentium petunt ultro eas nationes, quae
tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies et
facilius inter ancipitia clarescunt magnumque comitatum
non nisi vi belloque tueare. exigunt enim principis sui libe-
ralitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricem-
que frameam; nam epulae et quamquam incompti, largi
tamen apparatus pro stipendio cedunt. materia munificen- 3
tiae per bella et raptus, nec arare terram aut exspectare
annum tam facile persuaseris quam vocare hostem et vul-
nera mereri; pigrum quin immo et iners videtur sudore ac-
quirere quod possis sanguine parare.

6 semper et electorum E *Koestermann, Lenchantin d. G.* **13** (a)equare CcpQ **20** tum BbcmpQ : cum CEW; *cfr 13,1* **22** tueare CcmpQW : tuentur Bb tuer̄ E enim ⟨a⟩ *Acidalius, Robinson*

1 15. Quotiens bella non ineunt, non multum venatibus,
plus per otium transigunt, dediti somno ciboque, fortissi-
mus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus
et penatium et agrorum cura feminis senibusque et infirmis-
simo cuique ex familia: ipsi hebent, mira diversitate na-
turae, cum iidem homines sic ament inertiam et oderint
2 quietem. mos est civitatibus ultro ac viritim conferre princi-
pibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore accep-
tum etiam necessitatibus subvenit. gaudent praecipue finiti-
marum gentium donis, quae non modo a singulis, sed et
publice mittuntur, electi equi, magn⟨ific⟩a arma, phalerae
torquesque; iam et pecuniam accipere docuimus.
1 16. Nullas Germanorum populis urbes habitari satis no-
tum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt dis-
creti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. vicos
locant non in nostrum morem conexis et cohaerentibus
aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive ad-
2 versus casus ignis remedium sive inscitia aedificandi. ne
caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: mate-
ria ad omnia utuntur informi et citra speciem aut delecta-
tionem. quaedam loca diligentius illinunt terra ita pura ac
splendente, ut picturam ac liniamenta colorum imitentur.
3 solent et subterraneos specus aperire eosque multo insuper
fimo onerant, suffugium hiemi⟨s⟩ et receptaculum frugi-

11 magnifica *Meiser, Koestermann, Anderson, Winterbottom* : magna *codd. Wolff, Robinson, Lenchantin d. G., Fehrle-Huennerkopf; cfr 34,2* **16** locant] longant B, locant *supra l. add.*, longant *in marg. add.* EQ locant *et in textu et in marg.* b **18** inscitia *codd.* : inscientia *cod. Hersfeld., ut legisse sese putavit Decembrius; cfr Oennerfors*[2]*, p. 50 sqq.* ne BbCEpQ : nec cmW **22** imitentur cEΔR : imitetur *cett.; cfr Oennerfors*[1]*, p. 122* **24** hiemis *Reifferscheid*: hiemi (hy-) *codd.; cfr Oennerfors*[2]*, p. 47 sqq.*

bus, quia rigorem frigorum eius modi lacus molliunt, et si
quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem et
defossa aut ignorantur aut eo ipso fallunt, quod quaerenda
sunt.

17. Tegumen omnibus sagum fibula aut, si desit, spina 1
consertum: cetera intecti totos dies iuxta focum atque
ignem agunt. locupletissimi veste distinguuntur, non flui-
tante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus
exprimente. gerunt et ferarum pelles, proximi ripae negle-
genter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commer-
cia cultus. eligunt feras et detracta velamina spargunt ma-
culis pellibusque beluarum, quas exterior Oceanus atque
ignotum mare gignit. nec alius feminis quam viris habitus, 2
nisi quod feminae saepius lineis amictibus velantur eosque
purpura variant partemque vestitus superioris in manicas
non extendunt, nudae brachia ac lacertos; sed et proxima
pars pectoris patet.

18. Quamquam severa illic matrimonia, nec ullam 1
morum partem magis laudaveris. nam prope soli bar-
barorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum
paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis
ambiuntur. dotem non uxor marito, sed uxori maritus of- 2
fert. intersunt parentes et propinqui ac munera probant,
munera non ad delicias muliebres quaesita nec quibus nova
nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum
cum framea gladioque. in haec munera uxor accipitur, at-
que in vicem ipsa armorum aliquid viro affert: hoc maxi-
mum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos ar-
bitrantur. ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque 3
bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis
admonetur venire se laborum periculorumque sociam,
idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque: hoc

1 lacus *Baehrens, Robinson; cfr Th. L. L. VII: 2,864,59–62* : locis *codd.* loci *cum Acidalio edd. plerique*

iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant.
sic vivendum, sic pereundum: accipere se quae liberis invio-
lata ac digna reddat, quae nurus accipiant rursusque ad
nepotes referantur.
1 19. Ergo saepta pudicitia agunt, nullis spectaculorum il-
lecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. litte-
rarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. paucissima
in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens
et maritis permissa: accisis crinibus nudatam coram propin-
quis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere
agit. publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non
aetate, non opibus maritum invenerit. nemo enim illic vitia
2 ridet, nec corrumpere et corrumpi saeculum vocatur. me-
lius quidem adhuc eae civitates, in quibus tantum virgines
nubunt et cum spe votoque uxoris semel transigitur. sic
unum accipiunt maritum quo modo unum corpus unamque
vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tam-
quam maritum, sed tamquam matrimonium ament. nu-
merum liberorum finire aut quemquam ex agnatis necare
flagitium habetur, plusque ibi boni mores valent quam alibi
bonae leges.
1 20. In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in haec
corpora, quae miramur, excrescunt. sua quemque mater
uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. do-

2 uiuentes E pereundum bpQt *vulgo* : periendum (*? incertum an* par-) C pariendum BcmW *dett. aliquot, Robinson, Anderson, Winterbottom* parientes E **9** accis(s)is (adc- B) BbCcpQ : abscisis EW *Anderson, Koestermann, at v. Much et Jankuhn p. 288sqq.* **12** inuenerit BbEmW : inuenit CcpQ **17sq.** ne tamquam – ament *nonnulli edd. iniuria invaserunt* **23** mirantur CpQ*var.* **24** aut Bbm *Koestermann* : ac CcEpQW *Robinson, Anderson, Winterbottom; sed cfr ad cap. 7, 1 et 2*

minum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas: in-
ter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas se-
paret ingenuos, virtus agnoscat. sera iuvenum venus, eoque 2
inexhausta pubertas. nec virgines festinantur; eadem iu-
venta, similis proceritas: pares validaeque miscentur, ac ro-
bora parentum liberi referunt. sororum filiis idem apud 3
avunculum qui apud patrem honor. quidam sanctiorem ar-
tioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur et in accipien-
dis obsidibus magis exigunt, tamquam et animum firmius et
domum latius teneant. heredes tamen successoresque sui
cuique liberi, et nullum testamentum. si liberi non sunt,
proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi.
quanto plus propinquorum, quanto maior affinium nume-
rus, tanto gratiosior senectus; nec ulla orbitatis pretia.

21. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui 1
quam amicitias necesse est; nec implacabiles durant; luitur
enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum
numero recipitque satisfactionem universa domus, utiliter
in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta liber-
tatem.

Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. 2
quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur; pro
fortuna quisque apparatis epulis excipit. cum defecere, qui
modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes; proxi-
mam domum non invitati adeunt. nec interest: pari huma-
nitate accipiuntur. notum ignotumque quantum ad ius
hospitis nemo discernit. abeunti, si quid poposcerit, conce-
dere moris; et poscendi in vicem eadem facilitas. gaudent

7 qui apud b *Rhenanus, vulgo* : qui ad BCcEmpQW *Robinson* **9** animum m: in animum *rell.* **13** quanto u *in marg.* : quo b tanto BCcEpQW tam m **14** gratiosior BbCcEp*var.*Q*var.* W : gratior mpQ, *var. l.* BcE **15** seu[1] – propinqui *om.* C

muneribus, sed nec data imputant nec acceptis obligantur. [victus inter hospites comis.]

1 22. Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt,
lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems oc-
cupat. lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes et sua
cuique mensa. tum ad negotia nec minus saepe ad convivia
procedunt armati. diem noctemque continuare potando
nulli probrum. crebrae, ut inter vinolentos, rixae raro con-
2 viciis, saepius caede et vulneribus transiguntur. sed et de
reconciliandis in vicem inimicis et iungendis affinitatibus et
asciscendis principibus, de pace denique ac bello plerum-
que in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore
aut ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas
3 incalescat. gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta
pectoris licentia ioci; ergo detecta et nuda omnium mens.
postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio
est: deliberant, dum fingere nesciunt, constituunt, dum er-
rare non possunt.

23. Potui umor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus; proximi ripae et vinum mercantur. cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum: sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. adversus sitim non eadem temperantia. si indulseris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.

1 24. Genus spectaculorum unum atque in omni coetu
idem: nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se
atque infestas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem para-

2 victus – comis (cōmis B) : *secludunt post De la Bleterie (1776) edd. plerique; alii aliter coniecerunt* **9** sed et BbEm : sed CcpQW **15** ioci BbCcEpQW*var. Zernial, Wolff, Much, Lenchantin d. G.* : loci B*var.*b*var.*mW *Robinson, Anderson, Koestermann, Winterbottom* **28** parat Cp*var.*Q*var.*

vit, ars decorem, non in quaestum tamen aut mercedem:
quamvis audacis lasciviae pretium est voluptas spectantium.
aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lu- 2
crandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt,
extremo ac novissimo iactu de libertate ac de corpore con-
tendant. victus voluntariam servitutem adit: quamvis iuve-
nior, quamvis robustior alligari se ac venire patitur. ea est in
re prava pervicacia: ipsi fidem vocant. servos condicionis
huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victo-
riae exsolvant.

25. Ceteris servis non in nostrum morem descriptis per 1
familiam ministeriis utuntur: suam quisque sedem, suos pe-
nates regit. frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis
ut colono iniungit, et servus hactenus paret: cetera domus
officia uxor ac liberi exsequuntur. verberare servum ac vin-
culis et opere coercere rarum: occidere solent, non disci-
plina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod
impune est. liberti non multum supra servos sunt, raro ali- 2
quod momentum in domo, numquam in civitate, exceptis
dumtaxat iis gentibus quae regnantur. ibi enim et super
ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares
libertini libertatis argumentum sunt.

26. Faenus agitare et in usuras extendere ignotum; ideo- 1
que magis serva⟨n⟩tur quam si vetitum esset. agri pro numero 2

2 expectantium BCcmpW **11** ceterum *Wolff, Andresen, Gudeman, Koestermann* **14** et b^2 (*supra l.*) CcmpQW : ut Bb^{1}E **18–22** liberti – argumentum sunt *post* ignorantur *cap. 26 extr. tradunt* Bb (*fol. 39^v*) *sed* b *etiam in imo marg. fol. 39^r eadem verba* (*omissis* et super ingenuos) *signo ad* impune est *relato* ("in hoc loco potius" *add.*) *ponit* **24** servantur *Reeb* : servatur *codd., vulgo* vitatur *Ritter* aversantur *Salmasius; cfr Oennerfors*[1] *p. 134*

cultorum ab universis in vicem occupantur, quos mox inter
se secundum dignationem partiuntur; facilitatem partiendi
3 camporum spatia praestant. arva per annos mutant, et su-
perest ager. nec enim cum ubertate et amplitudine soli la-
bore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent
4 et hortos rigent: sola terrae seges imperatur. unde annum
quoque ipsum non in totidem digerunt species: hiems et ver
et aestas intellectum ac vocabula habent, autumni perinde
nomen ac bona ignorantur.

1 27. Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut cor-
pora clarorum virorum certis lignis crementur. struem rogi
nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quo-
rundam igni et equus adicitur. sepulcrum caespes erigit:
monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem
defunctis aspernantur. lamenta ac lacrimas cito, dolorem et
tristitiam tarde ponunt. feminis lugere honestum est, viris
meminisse.

2 Haec in commune de omnium Germanorum origine ac
moribus accepimus; nunc singularum gentium instituta ri-
tusque, quatenus differant, quae⟨que⟩ nationes e Germa-
nia in Gallias commigraverint, expediam.

1 28. Validiores olim Gallorum res fuisse summus auc-
torum divus Iulius tradit; eoque credibile est etiam Gallos
in Germaniam transgressos. quantulum enim amnis obsta-

1 inuicem b *Gudeman, Koestermann* : inuices (in ui-) BEpQ uices CcmW uicis *Lipsius* (*e cod. quodam Bamb.*), *Waitz, Robinson; alii aliter* **3** pr(a)estant BCEmpQW : pr(a)ebent bc *et var. l.* BEpQW **4** labore Bb^{2}Cc^{1}E*var.*W*var.* : laborare B*var.* b^{1}c^{2}EmpQW **5** et prata *codd., Wolff, Koestermann* : ut prata *Muetzell, Robinson, Anderson, Winterbottom* **5sq.** et hortos b^{2}CpQ *vulgo* : ut hortos Bb^{1}cEmW *Robinson, Anderson, Winterbottom* **20** -que *suppl. Halm*

bat, quominus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet per-
mutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum po-
tentia divisas? igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et 2
Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque
gens, tenuere. manet adhuc Boihaemi nomen significatque
loci veterem memoriam quamvis mutatis cultoribus. sed 3
utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum na-
tione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint,
cum eodem adhuc sermone institutis moribus utantur, in-
certum est, quia pari olim inopia ac libertate eadem utrius-
que ripae bona malaque erant. Treveri et Nervii circa affec- 4
tationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tam-
quam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia
Gallorum separentur. ipsam Rheni ripam haud dubie Ger-
manorum populi colunt, Vangiones Triboci Nemetes. ne
Ubii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint
ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur,
origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei
super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut cu-
stodirentur.

3 diuisas BbcEmW : diuersas b *var.* CpQ hercyniam b^2Emp^2QW (*ex* -cu-) : hircyniam Bb^1 hercinam (-yn- c) Cc herciniam p^1 *similiter 30, 1 quoque* **5** Boihemi BEpQ boiihaemi W boiemi (h *litt. supra l. add.*) bC bohemi cmW*var.* (*post* nomen c) Boijemionem B *in marg.* (*cfr* bohemi nomen adhuc boii hemionem m) significatque BCEpQ : signatque bcmW *Robinson, Anderson, Winterbottom* **7** ab Osis ab^2 (*in marg.*) tu^2 (*in marg.*) : a Boiis Bb^1CcpQ a Bois EmW Germanorum natione *Passow et alii delent* **11** Nervii *Rhenanus* : Neruli (he- p, ue- m) *codd.* **15** treboci CpQ **15sq.** ne Ubii *Gruterus* : nubii *codd.* (*sed* $\overset{h}{\text{n}}$ubij *et in marg.* Vbij b^2)

1 29. Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non
multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Chat-
torum quondam populus et seditione domestica in eas sedes
transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. manet
honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis con-
temnuntur nec publicanus atterit: exempti oneribus et col-
lationibus et tantum in usum proeliorum sepositi velut tela
2 atque arma bellis reservantur. est in eodem obsequio et
Mattiacorum gens; protulit enim magnitudo populi Romani
ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii reve-
rentiam. ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque
nobiscum agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso ad-
huc terrae suae solo et caelo acrius animantur.
3 Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam
trans Rhenum Danuviumque consederint, eos qui Decuma-
tes agros exercent: levissimus quisque Gallorum et inopia
audax dubiae possessionis solum occupavere; mox limite
acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae
habentur.
1 30. Ultra hos Chatti initium sedis ab Hercynio saltu inco-
hant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates,
in quas Germania patescit; durant siquidem colles, paula-
tim rarescunt, et Chattos suos saltus Hercynius prosequitur
2 simul atque deponit. duriora genti corpora, stricti artus,
minax vultus et maior animi vigor. multum, ut inter Germa-
nos, rationis ac sollertiae: praeponere electos, audire prae-
positos, nosse ordines, intellegere occasiones, differre im-
petus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter du-
bia, virtutem inter certa numerare, quodque rarissimum

1 bataui bW : batauii (-mi, -nii) *rell.* **2** Chattorum B^{2}CcpQW: Cattorum B^{1}b Cathorum E *ac sic alibi quoque* **6sq.** collocationibus W, *var. l.* BcEQ **15** decumates bCpQ : decumathes BcE *Robinson* de(e)umathes mW

nec nisi Romanae disciplinae concessum, plus reponere in
duce quam in exercitu. omne robur in pedite, quem super 3
arma ferramentis quoque et copiis onerant: alios ad proe-
lium ire videas, Chattos ad bellum. rari excursus et fortuita
pugna: equestrium sane virium id proprium, cito parare
victoriam, cito cedere: velocitas iuxta formidinem, cunc-
tatio propior constantiae est.

31. Et aliis Germanorum populis usurpatum raro et pri- 1
vata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit,
ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere nec
nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque virtuti oris
habitum. super sanguinem et spolia revelant frontem seque
tum demum pretia nascendi rettulisse dignosque patria ac
parentibus ferunt. ignavis et imbellibus manet squalor. for- 2
tissimus quisque ferreum insuper anulum (ignominiosum id
genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat.
plurimis Chattorum hic placet habitus, iamque canent insi-
gnes et hostibus simul suisque monstrati. omnium penes 3
hos initia pugnarum; haec prima semper acies, visu nova;
nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. nulli
domus aut ager aut aliqua cura: prout ad quemque venere,
aluntur, prodigi alieni, contemptores sui, donec exsanguis
senectus tam durae virtuti impares faciat.

32. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum quique
terminus esse sufficiat Usipi ac Tencteri colunt. Tencteri
super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte

1 roman(a)e Bb^1mW rõe CE ratione b^2 (*supra l.*)cpQ **4** raro CcW*var.* **6** ⟨peditum⟩ velocitas *Baehrens, Robinson, Anderson, Winterbottom* **7** propior BbpQ : proprior E propiora Cc propriora mW propior a (constantia) *Robinson* **8** rara B^1(-o B^2)c, *var. l.* EpQ **13** noscendi bCpQB*var.*E*var.* **20** uultu BbEpQ : cultu CcmW *Robinson, Much, Winterbottom*

praecellunt, nec maior apud Chattos peditum laus quam Tencteris equitum. sic instituere maiores, posteri imitantur. hi lusus infantium, haec iuvenum aemulatio: perseverant senes. inter familiam et penates et iura successionum equi traduntur: excipit filius, non ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello et melior.

1 33. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant; nunc
Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bruc-
teris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu
superbiae odio seu praedae dulcedine seu favore quodam
erga nos deorum; nam ne spectaculo quidem proelii invi-
dere: super sexaginta milia non armis telisque Romanis,
sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque cecide-
2 runt. maneat, quaeso, duretque gentibus, si non amor no-
stri, at certe odium sui, quando urgentibus imperii fatis nihil
iam praestare fortuna maius potest quam hostium discor-
diam.

1 34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubini et Chasuarii cludunt aliaeque gentes haud perinde memoratae, a fronte Frisii excipiunt. maioribus minoribusque Frisiis vo-

8 Angriuarios Bb^{2}cEQW : angrinarios b^{1} anguiuarios C angruuarios p augrinarios m *similiter 34, 1* **15** at BbEpQ : ac CcmW urgentibus *Rhenanus, vulgo* : urgentibus iam BbE *et insuper quinque, quos Robinson affert, viliores* in urgentibus Cc^{1}pQ in gentibus mW ingentibus c^{2} (*supra l.*) in [gentibus] *Robinson* ingruentibus *Woelfflin, Baehrens* **18** Dulgubini *Tross* : dulgibini BE *var.*CcpQW dulgicubini B*var.*b Dulgicubuni E dulcubuni p*var.*W *var.* Dulgubnii *J. Grimm* chasuarii ΔmW : chasuari pQ Thasuarij BE tasuarii b chasudrii c occasuarii C **20** Frisij BbEp : frisi cmW frisci C frasii Q frisiis b : frisis BC^{2}cEmpQW friscis C^{1} *similiter 35, 1*

cabulum est ex modo virium. utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur ambiuntque inmensos insuper lacus et Romanis classibus navigatos. ipsum quin etiam 2 Oceanum illa temptavimus: et superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit, sive adiit Hercules seu quicquid ubique magnificum est in claritatem eius referre consensimus. nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. mox nemo temptavit, sanctiusque ac reverentius visum de actis deorum credere quam scire.

35. Hactenus in occidentem Germaniam novimus; in 1 septentrionem ingenti flexu redit. ac primo statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis ac partem litoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Chattos usque sinuetur. tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent, populus inter Germanos nobilissimus quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. sine cupiditate, sine impotentia, 2 quieti secretique nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. id praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per iniurias assequuntur; prompta tamen omnibus arma ac, si res poscat, exercitus, plurimum virorum equorumque; et quiescentibus eadem fama.

36. In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci nimiam 1 ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt: idque iucundius quam tutius fuit, quia inter impotentis et validos falso quiescas: ubi manu agitur, modestia ac probitas no-

6 magnificum b²CcmpQW : magnum Bb¹E *cfr 15, 2* **12** redit] recedit *Heraeus, Robinson, Anderson, Winterbottom; at cfr Loefstedt, Komm. p. 274sq.* **14** obtendit m obtendere Cc **15** sinatur Cc, *var. l.* EpQW **28** nomina *Puteolanus* : nomine *codd.*

mina superioris sunt. ita qui olim boni aequique Cherusci,
nunc inertes ac stulti vocantur; Chattis victoribus fortuna in
2 sapientiam cessit. tracti ruina Cheruscorum et Fosi, conter-
mina gens, adversarum rerum ex aequo socii sunt, cum in
secundis minores fuissent.

1 37. Eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri
tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens. veterisque fa-
mae lata vestigia manent, utraque ripa castra ac spatia,
quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque
2 gentis et tam magni exitus fidem. sescentesimum et quadra-
gesimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cim-
brorum audita sunt arma Caecilio Metello ac Papirio Car-
bone consulibus. ex quo si ad alterum imperatoris Traiani
consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni col-
3 liguntur: tam diu Germania vincitur. medio tam longi aevi
spatio multa in vicem damna. non Samnis, non Poeni, non
Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere:
quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. quid
enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipse Pa-
4 coro infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit? at Ger-
mani Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Cae-
pione Maximoque Mallio fusis vel captis quinque simul
consularis exercitus populo Romano, Varum trisque cum
eo legiones etiam Caesari abstulerunt; nec impune C. Ma-

3 tracti cΔmW : tacti BbCEpQ fosi b*var.*CcpQ^2: fossi W fosci Q^1 fusi BbE **6** sinum CcmpQW : situm BbEQ*var.* **9** ambitu abB*var.*E*var.*tv : ambitum *rell.* **12** ac CcmpQW : et BbE Sapirio BE Sapyrio b^1 (pa- b^2) **14** Con^{tum}B conuentum E **19** et ipse mW : et ipso et ipse BbCcEpQ **20** obiecerit BbcmW : obiecerunt EpQ obicitur C **22** Maximoque *Frahm* : Marcoque BEmW marco quoque b mi quoque C m. quoque pQ M. c Mallio E: malio m Manlio BbCpQW Manilio c **23** populo (*ex* -i) ro. b : populi romani BCcE po. ro. pQW P.O.P.R. m

rius in Italia, divus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero et Ger-
manicus in suis eos sedibus perculerunt; mox ingentes C.
Caesaris minae in ludibrium versae. inde otium, donec oc- 5
casione discordiae nostrae et civilium armorum expugnatis
legionum hibernis etiam Gallias affectavere; ac rursus pulsi
inde proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt.

38. Nunc de Suebis dicendum est, quorum non una, ut 1
Chattorum Tencterorumve, gens; maiorem enim Germa-
niae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nomini-
busque discreti, quamquam in commune Suebi vocentur.
insigne gentis obliquare crinem nodoque substringere: sic 2
Suebi a ceteris Germanis, sic Sueborum ingenui a servis
separantur. in aliis gentibus seu cognatione aliqua Sue-
borum seu, quod saepe accidit, imitatione, rarum et intra
iuventae spatium, apud Suebos usque ad canitiem; horren-
tem capillum retro sequuntur ac saepe in ipso vertice reli-
gant; principes et ornatiorem habent. ea cura formae, sed
innoxia; neque enim ut ament amenturve: in altitudinem
quandam et terrorem adituri bella comptius hostium oculis
ornantur.

2 pertulerunt mW absperculerunt b **5** rursus] etiam C **5sq.** pulsi inde BEpQ *Koestermann, Lenchantin d. G.* : pulsi nam B*var.*cE*var.*mW inde pulsi in b expulsi rursus inde C pulsi. nam *Robinson, Anderson, Winterbottom* ac rursus inde pulsi *Wolff* **10** quam BE quamuis *corr. e* quam b **15sq.** apud Suebos – sequuntur *nonnullis edd. aut ex parte aut omnino suspectum* **16** retro sequuntur (sequentem C)] retorquent *Maehly, Madvig, alii aliter* ipso B*var.*bE*var.*m : solo Bb*var.*E ipso solo CcpQW religant m : rei ligant W religatur BbE ligant CcpQ **18** innoxia *Muretus* : innoxi(a)e BbcEmp*var.*Q*var.*W inopiae CpQ **19** comptius *Lachmann* : compti ut (et c) *codd., Robinson* compti *Halm, Anderson, Koestermann* **20** ornantur bCc, *var. l.* BEpQW : armantur Bb*var.*c*var.*EmpQW

1 39. Vetustissimos se nobilissimosque Sueborum Semno-
nes memorant; fides antiquitatis religione firmatur. stato
tempore in silvam auguriis patrum et prisca formidine sa-
cram omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt
caesoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda
2 primordia. est et alia luco reverentia: nemo nisi vinculo
ligatus ingreditur, ut minor et potestatem numinis prae se
ferens. si forte prolapsus est, attolli et insurgere haud lici-
tum: per humum evolvuntur. eoque omnis superstitio respi-
cit, tamquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus,
3 cetera subiecta atque parentia. adicit auctoritatem fortuna
Semnonum: centum pag⟨i⟩ is habitantur, magnoque cor-
pore efficitur, ut se Sueborum caput credant.

1 40. Contra Langobardos paucitas nobilitat: plurimis ac
valentissimis nationibus cincti non per obsequium, sed
2 proeliis et periclitando tuti sunt. Reudigni deinde et Avio-

1 Semnones pQ, *var. l.* BcEW Senones b : Semones BCcEmW; *similiter 39,3* **2** statuto EmpQ (*in marg.* stato E) **3** patrum astW : patrium BbCEmpQ patruum c sacram b*corr.* c*corr.*W*var.* : sacrum *rell.* **4** omnes BbE : omnis CcmpQW nominis ΔW*var.*, *novem dett. sec. Robinson; supra l.* nominis c, nominis l' numinis B, *in marg.* nominis l' numinis E nominis ⟨eiusdem⟩ *Robinson* ⟨eiusdem⟩ nominis *Anderson, Winterbottom* eiusdem bCcpQ : eiusdemque BEmW *Robinson, Anderson, Winterbottom* **12** pagi iis habitantur *Brotier, Reeb, Much, Koestermann* : pagis habitantur *codd.* pagis habitant *Ernesti, vulgo* corpore BbCcEmp*var.*Q*var.*W : tempore pQW*var.*, *supra l.* Bb, *in marg.* E **14** Langobardos s*corr.* (*Massmann 117*), *Pichena* Longobardos bCcpQW Largobardos (larga- m) BEm nobilitat cΔmW : nobilitas *rell.* **16** et *prius* CcpQW: ac BbEm Veudigni E*var.* Veusdigni (R- b*corr.*) Bb

nes et Anglii et Varini et Eudoses et Suarines et Nuitones
fluminibus aut silvis muniuntur. nec quicquam notabile in
singulis, nisi quod in commune Nerthum, id est Terram
matrem, colunt eamque intervenire rebus hominum, invehi
populis arbitrantur. est in insula Oceani castum nemus, di- 3
catumque in eo vehiculum, veste contectum; attingere uni
sacerdoti concessum. is adesse penetrali deam intellegit
vectamque bubus feminis multa cum veneratione prosequi-
tur. laeti tunc dies, festa loca, quaecumque adventu hospi-
tioque dignatur. non bella ineunt, non arma sumunt;
clausum omne ferrum; pax et quies tunc tantum nota, tunc
tantum amata, donec idem sacerdos satiatam conversatione
mortalium deam templo reddat. mox vehiculum et vestis et, 4
si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. servi
ministrant, quos statim idem lacus haurit. arcanus hinc ter-
ror sanctaque ignorantia quid sit illud, quod tantum perituri
vident.

41. Et haec quidem pars Sueborum in secretiora Germa- 1
niae porrigitur: propior, ut, quo modo paulo ante Rhenum,
sic nunc Danuvium sequar, Hermundurorum civitas, fida
Romanis; eoque solis Germanorum non in ripa commer-
cium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provin-
ciae colonia. passim sine custode transeunt; et, cum ceteris

1 Suarines Bb^{1}CcEW *Reeb, Anderson, Winterbottom* : smarines m Suardones b^{2}E*var.*pQW*var. Robinson, Much* (*p. 447* Suarinos *proponens*), *Koestermann* Nuit(h)ones Bb^{2}CcEpQ : muthones m nurchones W Nurtones b^1 **3** Nerthum CcQW : Nertum E neithum Bb necthum m herthum p **6** eo *Rhenanus* : ea *codd.* **13** vestis *Zernial* (*1890, p. 93sq.*) *suadente Andresen* : uestes *codd., Koestermann, Lenchantin d. G.* **18** Sueborum u *in marg.* (-euo-), *ed. Vindob. 1500, Rhenanus* : uerborum *codd.* **19** propior BbCEpQ : proprior B*var.*cE*var.*mW **23** passim BbEmW : passim et CcpQ

gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his do-
2 mos villasque patefecimus non concupiscentibus. in Her-
munduris Albis oritur, flumen inclutum et notum olim;
nunc tantum auditur.
1 42. Iuxta Hermunduros Naristi ac deinde Marcomani et
Quadi agunt. praecipua Marcomanorum gloria viresque,
atque ipsa etiam sedes pulsis olim Bois virtute parta. nec
Naristi Quadive degenerant. eaque Germaniae velut frons
2 est, quatenus Danuvio praecingitur. Marcomanis Quadis-
que usque ad nostram memoriam reges mansere ex gente
ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus; iam et exter-
nos patiuntur, sed vis et potentia regibus ex auctoritate
Romana. raro armis nostris, saepius pecunia iuvantur, nec
minus valent.
1 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcoma-
norum Quadorumque claudunt. e quibus Marsigni et Buri
sermone cultuque Suebos referunt; Cotinos Gallica, Osos
Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tri-
buta patiuntur. partem tributorum Sarmatae, partem Quadi
ut alienigenis imponunt; Cotini, quo magis pudeat, et fer-
2 rum effodiunt. omnesque hi populi pauca campestrium, ce-
terum saltus et vertices montium [iugumque] insederunt.
dirimit enim scinditque Suebiam continuum montium
iugum, ultra quod plurimae gentes agunt, ex quibus latis-

5 Naristi Bbc : Narisci EmpQ maristi C noristi W; *similiter l. 8* **7** boiis m *edd. nonnulli* **9** praecingitur *Tagmann* (*p. 41*), *Anderson, Oennerfors*[1] : peragitur *codd.*, *vulgo* praetexitur *Rhenanus 1544* **10** mansere BEmW : manserunt CcpQ manser̄ b **11** Marabodui B marbodui c **15** Cotini *Muellenhoff* : Got(h)ini *codd.* (*item v. 17* Got(h)inos, *at v. 20* Cotini CcΔm); *hic et in sqq. cfr Much et Jankuhn p. 474sqq.* Burii CpQ **22** iugumque *del. Acidalius*

sime patet Lugiorum nomen in plures civitates diffusum.
valentissimas nominasse sufficiet: Harios Helveconas Ma-
nimos Helysios Nahanarvalos. apud Nahanarvalos antiquae 3
religionis lucus ostenditur. praesidet sacerdos muliebri
ornatu, sed deos interpretatione Romana Castorem Pollu-
cemque memorant. ea vis numini, nomen Alcis. nulla simu-
lacra, nullum peregrinae superstitionis vestigium; ut fratres
tamen, ut iuvenes venerantur. ceterum Harii super vires, 4
quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces
insitae feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta,
tincta corpora; atras ad proelia noctes legunt ipsaque for-
midine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt,
nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspec-
tum; nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur.

44. Trans Lugios Gotones regnantur, paulo iam adduc- 1
tius quam ceterae Germanorum gentes, nondum tamen su-
pra libertatem. protinus deinde ab Oceano Rugii et Lemo-
vii; omniumque harum gentium insigne rotunda scuta, bre-
ves gladii et erga reges obsequium.

Suionum hinc civitates, ipso in Oceano, praeter viros 2
armaque classibus valent. forma navium eo differt, quod

1 Lugiorum *Muellenhoff* : leg-, leug-, leyg-, leig-, lyg-, uegiorum *codd.* **3** Helysios BCcpQW : (h)elisios bEm(?) halisionas *supra l.* B Nahanarvalos *prius*] Naharualos B*var.*bE*var.* naharualos p Nahanarvalos *alterum* Δt: Na(c)haruales *rell.* **4** religionis BbEpQ : regionis CcE*var.*mW **8** Harii] arii s *Puteolanus* t *in marg.* : alii (-iis m) *rell.* **9** truces *Beroaldus* : trucis *codd.* **15** Lugios *Muellenhoff* : Lygios (li-) *codd.* Gothones *codd.; at cfr Much et Jankuhn p. 486* regnantur cΔ : regnant *rell.* **17** Lemovii Bb^{2}CcW : Lemonii b^{1}EmpQ *Robinson* **20** ipso CcΔmW : ips(a)e *rell.* oc(c)eano CcΔpQ : oc(c)eanum BbEmW

utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit. nec
velis ministrant nec remos in ordinem lateribus adiungunt:
solutum, ut in quibusdam fluminum, et mutabile, ut res
3 poscit, hinc vel illinc remigium. est apud illos et opibus
honos, eoque unus imperitat, nullis iam exceptionibus, non
precario iure parendi. nec arma, ut apud ceteros Germanos,
in promiscuo, sed clausa sub custode, et quidem servo, quia
subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosae porro
armatorum manus facile lasciviunt: enimvero neque nobi-
lem neque ingenuum, ne libertinum quidem armis prae-
ponere regia utilitas est.

1 45. Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immo-
tum, quo cingi claudique terrarum orbem hinc fides, quod
extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat adeo cla-
rus, ut sidera hebetet; sonum insuper emergentis audiri for-
masque equorum et radios capitis aspici persuasio adicit.
2 illuc usque – et fama vera – tantum natura. ergo iam dextro
Suebici maris litore Aestiorum gentes adluuntur, quibus
ritus habitusque Sueborum, lingua Britannicae propior.
matrem deum venerantur. insigne superstitionis formas
aprorum gestant: id pro armis omniumque tutela securum
3 deae cultorem etiam inter hostis praestat. rarus ferri, fre-
quens fustium usus. frumenta ceterosque fructus patientius

2 ministrant *Lipsius, vulgo* : ministrantur *codd., Robinson* **7** in] neque CpQ promisco cΔmW *Robinson* **8** otiosae *Colerus* : oc(c)iosa (oti- c) *codd.* **11** est] *hoc in verbo desinit* **p** *cod.* **12** suionos W Suiones bm **13** cludique BbEW *Koestermann* **15** emergentis *om.* CQ formas CcQ **16** equorum u *in marg., Colerus* : deorum BbCcEQW*var.* eorum E*var.*mW **17** et] si *Grotius* **18** s(a)euici (*in marg. vel supra l.* sueuici) *codd.* abluuntur BbE **21** omnique mtW^{2} *Lipsius* hominumque *Urlichs, Robinson, Anderson, Winterbottom, fort. recte*

quam pro solita Germanorum inertia laborant. sed et mare 4
scrutantur, ac soli omnium sucinum, quod ipsi glesum vo-
cant, inter vada atque in ipso litore legunt. nec quae natura
quaeve ratio gignat, ut barbaris, quaesitum compertumve;
diu quin etiam inter cetera eiectamenta maris iacebat, do-
nec luxuria nostra dedit nomen. ipsis in nullo usu: rude
legitur, informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt.
sucum tamen arborum esse intellegas, quia terrena quae- 5
dam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent,
quae implicata umore mox durescente materia cluduntur.
fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis,
ubi tura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terris-
que inesse crediderim, quae vicini solis radiis expressa at-
que liquentia in proximum mare labuntur ac vi tempesta-
tum in adversa litora exundant. si naturam sucini admoto
igne temptes, in modum taedae accenditur alitque flam-
mam pinguem et olentem; mox ut in picem resinamve len-
tescit.

Suionibus Sithonum gentes continuantur. cetera similes 6
uno differunt, quod femina dominatur: in tantum non
modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant.

46. Hic Suebiae finis. Peucinorum Venethorumque et 1
Fennorum nationes Germanis an Sarmatis ascribam dubito.
quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, ser-
mone cultu, sede ac domiciliis ut Germani agunt. sordes
omnium ac torpor procerum. conubiis mixtis nonnihil in
Sarmatarum habitum foedantur. Venethi multum ex mori- 2
bus traxerunt; nam quicquid inter Peucinos Fennosque sil-

12sq. terrisque – solis *om.* E **13** quae] qua *Detschew, alii aliter; fort. deest aliquid* radiis cΔmWQ : radius BbCE **15** ex(s)udant CcE **16** igni BbE **20** differuntur CcmW **22** finis a : fines *rell.* Peucurorum *supra l.* Bbc **25–p. 32, 4** ut – Sarmatis *om.* C **26** mixtis (-st- W) ΔtW : mixtos (-st-) *cett.*

varum ac montium erigitur latrociniis pererrant. hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt et scuta gestant et pedum usu ac pernicitate gaudent: quae omnia diversa Sarmatis sunt in plaustro equoque viventi-
3 bus. Fennis mira feritas, foeda paupertas: non arma, non equi, non penates; victui herba, vestitui pelles, cubile humus; solae in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. idemque venatus viros pariter ac feminas alit; passim enim comitantur partemque praedae petunt. nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur: huc redeunt iuvenes, hoc senum receptaculum. sed beatius arbitrantur quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare: securi adversus homines, securi adversus deos rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset.

4 Cetera iam fabulosa: Hellusios et Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere: quod ego ut incompertum in medium relinquam.

2 figunt Bb : fingunt *rell.* **3** pedum *Lipsius, vulgo*: pecudum Bb^{1} peditum b^{2}cEmQW *Robinson, Lenchantin d. G., Pekkanen* **17** Oxionas BbcEtW : oxianas m exionas CQ etionas *var. l.* BbEW **18** uultusque et corpora CcEQ

CORNELII TACITI DE ORIGINE ET SITV (MORIBVS E) GERMANORVM LIBER EXPLICIT BEmW

INDEX NOMINVM